



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Serenissimo Gvlielmo Comiti Palatino Rheni, Vtrivsque Bavariae Dvci, &c.
Carolvs A Basilicapetri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502



SERENISSIMO
GVLIELMO COMITI

PALATINO RHENI,
VTRIVSQUE BAVARIAE DVCI, &c.
CAROLVS A BASILICA PETRI
S: aternam.



QVOD diu debeo, GVLIELME
Princeps optime, iam tãdem per-
soluendum mihi est: vt librum de
vita, rebusque gestis Caroli Car-
dinalis, & Archiepiscopi Medio-
lani mittam ad Celsitud. tuam.
Cupiebam equidem, antequam è
manibus dimitterem, adhuc aliquid ei temporis im-
pertire; vt tam præclaro argumento cumulatius satis-
facere conarer: sed neque diutius differre debui, quod
tibi amplissimorum virorum auctoritate, vel potius
iussu, superioribus mensibus per litteras promiseram:
neque etiam per eorundem iteratos iussus potuissem.
Verùm duo me consolantur: alterum est; quòd ij iusse-
runt, qui & eius memoriam, de quo scriptum est, cha-
ram habent; & quòd scriptum est perlegerunt: atque
etiam, si quid hoc ad rem pertinet, amant scriptorem.
alterum est, quòd ad te mitto: cuius excelsa dignitas

-M-

* 2 cum

cum mansuetudine, pietateq; pari coniuncta est: quique Carolum Cardinalem & viuentem mutua voluntate obseruasti plurimum, & mortuum colis studio singulari: quidquid enim effecero, siue materiae amore, siue bonitate tua ductus; amabis conatum meum, officiumque pietatis. Neque tamen non mihi gratissima fuit oblata occasio; vt tantum Principem, tamque de bonis artibus, & quod caput est, de repub. christiana, fideque catholica benemeritum, cum munere aliquo possem adire, quod meam, clericorumque meorum erga illum voluntatem, obseruantiamque summam testaretur. quæ quidem facit, vt tibi, imperioque tuo omnia prospere, ac feliciter ad salutem euenire optemus, & ab Omnipotente Deo vehementer precemur. Mediolani. 25. Ian. Anno Domini 1592.

